

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

LX.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

his Dominus Imperator a nobis sententiam quesivisset, juxta Conscientiam nostram judicavimus, quod Dominus Imperator in hijs, que Laufanensis Episcopus adversus eum proponebat, etiam Duce absente, Episcopo Justitiam exhibere deberet, in hijs vero que contra Ducem proponebat, Duce rationabiliter citato, ejus presentiam expectaret. Huic sententiæ Dominus Archiepiscopus Bisuntinus & Spirensis & Gebennensis Episcopi consenserunt. Cum autem a Basileensi Episcopo quereretur de consensu sententiæ judicavit, quod Dominus Imperator nec debuit nec potuit Duci Berchtoldo conferre jus regalium & auferre Ecclesiæ, verum tamen, quia in qualicunque possessione dicebatur esse per Dominum Imperatorem, dixit quod non debebat hoc retractari nisi Duce presente vel absente ob Contumaciam. Huic sententie multitudo Laicorum consensit.



## LX.

INSCRIPTIO INSERTA MURO AD LATUS SINISTRUM, ALTARIS ECCLESIE B. MARIE VERONÆ.

ANNO . MCLXXVII.

**A**nno Domini MCLXXVII. VII. Kal. Aug. indist. X. D. Alexander PP. III. dedicavit Altare majus S. M. antique Verone in honorem B. Marie virginis ubi interfuerunt D. Ubaldus Ostiensis. Gualterius Albanensis. Gulielmus Portuensis. Conradus Sabinensis Episcopi Cardina-

les. & alii undecim Cardinales & *D. Arman Teonicus Marchio* & *D. totius Marchie Veronensis* & alii multi ubi sunt reliquie plurime de sanguine D. N. Jhesu Christi de spinea corona de ligno S. †. de lancea Longini de pannis quibus involutus fuit D. N. Jhesus Christus de capillis B. Marie virginis de vestimentis & de velo suo de mensa Christi lapidea in qua cenavit cum discipulis suis de tribus magis Gaspare Baldeffare & Melchiore de B. Jo. Baptista de Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Andree Jacobi Thome Barptolemai Simonis Thadei & Barnabe S. Martini Episcopi & Confessoris & S. Martini Pape & Martyris reliquiis. in qua quidem dedicatione instituit ut semper annuatim in die assumptionis B. M. Virginis & per totam octavam omnibus penitentibus confessis & contritis suorum peccatorum dictam Ecclesiam devote visitantibus & manus adjunctrices porrigentibus singula die de injunctis sibi penitentiis centum annorum remissio esset. in aliis vero festivitibus B. M. virginis in die S. Martini Episcopi & confessoris & per octavam & apparitionis Domini & per totam XLmam feria II. IIII. & VI. pro qualibet die L. Anno eos vero qui in mortis articulo eidem Ecclesie reliquerint & specialiter pro fabrica a pena & culpa absolvit.

Presbyter Joannes fecit fieri.

Nota. ONUPHRIUS PANVINIUS *Antiquitatum Veronens.* Lib. VII. p. 183.

Inscriptionem hanc refert imperfecte & vitiose. Nostra hæc ex authentico desumpta.